FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Johann Anhard Löffler.

Löffler, Johann Anhard

Halle (Saale), 01.01.1706

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-193755

Visual Library

eorg. qui præsunt. Altissimo vero sit laus
in æternum.

Johannes Arnhardus Löffler. Cobstedta=
Thuringus a parentibus in pago prope Gotham
natus 1682. Pater ecclesiæ ibi præfuit. Hic
cum mature, antequam annum ætatis meæ
quintum complevissem, decesserit, aliquot
annos post, propensa Numinis divini voluntate
in Illustre Gymnasium Gothanum, ut in hoc
cum litteris, artibusque necessariis et utilibus, tum
bonis moribus et pietate religiosa imbuerer,
a matre missus sum. Hic per decem fere
annos magna cum penuria et ærumna in
litteras incubui. Sed quamvis res domi
fuerit angusta, nec quisquam hominum
meam paupertatem sublevaverit, tamen
Deus T. O. M. omnium miserorum pater,
et protector nunquam me deseruit; sed
suo auxilio et præsidio semper præsto
mihi fuit, ut bono cum fructu studia mea
potuerim tractare: nec omittam Deo
benignissimo gratias persolvere, quod mihi
Præceptores non solum eruditos, sed et
cordatos, sensu et spiritu Jesu Xstiani motos!

25

nor gloriæ, honoris, opportunitatum huius seculi, divitiarum et copiarum (quib. plurimi hoc tempore sunt astricti) sed salutis meæ unice curas dederit, quorū precipui fuerunt D. Vockerodt Rector amplissimus et meritissimq. D. M. Wiegleb D. Lesserus, sub horum ducta et disciplina severiore curricula studiorū meorum sum emensus. His peractis bona cum pace a D. Rectore ad Ill: academiam Hallensem 1705 d. 1 8br dimissus sum. Huc igitur cum accessissem, neminem fore putabam, qui me hospitem et peregrinum esset suscepturq, sed id quod divina oracula loquuntur, sc. Deus nunquam eos, qui ipsi fideli animo adhærent, relinquit, re sum expertus. Vix auxilium desideraverā en! aderat. Die 1 Januarij 1706 pueri quidam, qui in orphanotrophio versantur, meæ informationi sunt commendati, pro quo labore cibo et potu ad vitam conservandam necessario fruor. Quod beneficium certe nunquam

mihi memoria excidet. Te vero, Deus
gratiæ et misericordiæ submisse rogo, quæ so-
lida beneficia, quæ mihi hoc in loco
exhibentur, retribuas cumulatissime.
Serva salutis publicæ præsidium, SE-
RENISSIMUM patriæ Patrem RE-
GEM nostrum CLEMENTISSIMUM,
conserva ipsius ministros pios et religiosos
diutissime, inprimis fidelem nostrum
Præceptorem, directorem et ducem, cui
totam hanc domum commendasti; da ei
vitam longam, sanam et beatam: effun-
de tuam gratiam et misericordiam super
ipsum largissime: tribue ipsi sapientiã,
robora ipsius mentem virtute tua divina,
ut omnibus Satanæ eiusque catervæ insidiis
possit resistere: sit ille cum omnibus
evangelicæ veritatis professoribus murus
ille aheneus, quem improborũ multi-
tudo, si quanto potest impetu oppugnet,
nunquam vero expugnet. Omnes ipsius
conatus, cogitata, dicta et facta ad nomi-
nis tui gloriam, et iuventutis aliorumq

hominum salutem spectantia, rata et
fortunata esse iube. Quid, quod, Deus
misericors, miserere omnium, qui in hac
domo sunt, tam docentium, quam discen-
tium, aliaque opera facientium. Imple
omnes tuo amore et timore, ut in verita-
te et sanctitate coram te ambulent.
Illumina eos gratiae et spiritus tui luce,
ut in hac interiorem suae corruptae mentis
labem recte introspiciant vereque agnoscant,
et vias evadendi ad portum salutis quae-
rant. Excita eorum animos ad te
unice desiderandum, confitendum et lau-
dandum. Coniunge eos puri et et
sinceri amoris vinculo, ut uno eodemque
Christi sensu modesto et submisso sint ani-
mati, et alter alteri precibus et suppli-
cationibus ad Deum directis succurrat
talique modo omnes gratiae et consolatio-
nis divinae fiant participes.
Nec tua gratia, Christe Jesu, a me
recedas, supplex rogo. Nihil viribus
meis effici posse, cognoscis, quare

adiuva meam stultitiam tua æterna sa=
pientia; meam impotentiam tua divina
virtute. Da mihi verum & genui=
num amorem erga eos meos benefactores:
erga eos qui mecum in hac officina labo
rant, præcipue erga pueros quos meæ
curæ commendasti, ut hos nihil, nisi quod
ad Nominis tui honorem ipsorumq
felicitatem huius & æternæ vitæ
pertinet, doceam. Hoc facies,
Deus mitissime, propter Filium
tuum dilectum, Jesum Christum serva
torem nostrum. Amen. — " — " —

Discessit mense Majo.
1706.
informandis pueris Halæ præpositus.